Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

morum suorum ipa sit memor ante dnm ut dig
nis meritis ipsius post bona temporalia. ut in
celesti regno cum ea regnare ualeamus. Hec est
martha hospita xpi respectus. & uia presentium.
& futurorum forma actiue uite. quoniam iusti suis edi
bus suscipientes egenos ibunt ad regna celorum.
quando illis a dno dicetur. Venite benedicti pa
tris mei percipite regnum meum. Quia esuriui. &
dedistis michi manducare. Quod ipse presta
re dignetur. cui regnum & imperium permanet in secu
la seculorum amen.

Simillima proportione uite presentis ac tem
poralis dispositionis ordine celestis aule
ianuam reserare ac ingredi nequaquam
ambigimus. Nam nos cum sepe numero
causis perurgentibus regum siue quorumlibet po
tentium. scilicet offensam incurrentes seuos duri
iudicii eorundem potentium gladios subterfuge
re desideramus. primo illorum aulicos & ceteros amicos
quos illis caros scimus. ac fideles esse. humilli
mis precibus ac sepe muneribus nobis allicimus.
quatenus illorum interuentu adque gratia ad pristinam
amicicie ac misericordiam supradictorum redire ualea
mus satagimus. Sic inquam sic & non aliter
dum nos salutifera eterni regis dyabolo mun
doque adque carne suadentibus impia audire ne
gligimus. dum utriusque legis precepta transgredimur.
dum peccata peccatis accumulamus. iram dei tunc the
saurizamus ac penas eternas nobis preparamus.
Qua propter dum perpetrata scelera ad memoriam
reuocamus dum & iam recolimus quam horrendum
est incidere in manus dei uiuentis. ubi idem
erit accusator & iudex ad lamenta penitentie ad
suffragia orationum. ad antidota medicine ce
lestis. recurrentes sanctos angelos patriarchas prophe
tas. apostolos & apostolicos uiros omni precum expostu
latione & humilitate obnixe deprecamur.
Quatenus tot sanctorum patrocinio & interuentu se
ueri iudicis districte iudicantis dei eternam pe
nam deuitare possimus. Augustino enim dicen
te nulla misericordia in die iudicii. sed quisque recipi
et secundum suum meritum. Sed quamquam predictorum
tot sanctorum meritis & precibus in die calamitatis
& miserie ante dei uultum certa fide iuuari
non possumus. ueruntamen compuncialium.
sanctorum quibus naturali iure interni amoris alli
gamur. quibus mundo crucifixus erat. & ipsi
mundo quorum preclara miracula ut nos ipsi uidi
mus aut patres nostri annuntiauerunt nobis
suffragia requirimus. Cumque inclytos ac celebres
hybernie ac scotie sanctos fama ac miraculis diu
uiuendo recognouit inter sanctorum tot cateruas uene
rabiles unum iustissimi regis hybernie Theo
derici. Flannanum filium licet indignus ego suus
ubique seruulus michi nobilem elegi patronum.
Cuius sancti uitam miraculis plenam merito debite sub
iectionis ego per omnia sicut tanquam seruus dno licet
debilis ingenii ebitudine tam mira ac tam pre
clara gesta uerbis equare non ualeam. in memo
riam posteritatis tamquam lucernam exteris
nationibus. licet audacter. licet impudenter. scri
bere conabor. Sed ante quam hoc opusculum
incipiam. de uita Theoderici regis patris eiusdem
sancti ex multis pauca perstringam. Rex enim
Theodricus ut ueterum hybernie regum com
memorat hystoria adque antiqua antecessorum tra
ditio enuntiat uir erat xpianissimus. & ut ita
dicam apostolus uel predicator magis dicendus quam ter
rarum rector opere & fide probatur. Is namque per om
nia saluatoris uestigia subsequens xpi fidem
proprio ore astruens ecclesias propriis sumptibus construe
bat. nudos xpi pauperum greges tamquam pater
alebat. inimicis supplicantibus debita relaxa
bat. Fama bonorum operum suorum paganos ac fidei
inimicos ad fidem xpi reuocabat. Cuius temporibus
religio xpiana pax fraterna omnium copia per
omnes hybernie fines preualebat. qui multos pro
xpo peregrinari uolentes sanctos de diuersis orbis fi
nibus aduentantes per plurima hybernie loca
suscipiens collocauit. eisdemque sanctis tamquam xpi
coheredibus possessiones liberrimas de propriis
facultatibus suis distribuit. De his sufficiat.

Vita sancti Flannani epi et conf. xl.

FLANNANUS itaque eiusdem
Theodrici filius paternarum
traditionum suarum haut
inmemor a cunabulis suis
& ab eunte etate sancte fidei
Rudimenta didicerat. quem
sanctum puerum pater eiusdem
Rex Theodricus sancto Blath
meco qui temporibus iuuentutis etatem super
gressus meritis ac miraculis penes omnes
sanctos hybernie seu scotie celebris ac honorandus